

(Pars (X) (Ca. (VI)
 oculorum & aurium adhibentur. Sed etiam preciosissima; ut
 aurum & argentum & lapides preciosi. quare summus decore
 exterior necessario est in his. & summus decore interior subest ei
 quare iste summi decoreis est per omnia: & ideo summo deo sum-
 me dignus. Manifestum etiam est ipso sensu: nec negare potest
 nisi qui negat niuem esse albam: non esse nec unquam fuisse cul-
 tum perfecti decoreis: preter istum quo deus honoratur in sola
 ecclesia christiana. & si enim cultus hebreorum aliquid decoreis ha-
 buit: modicum illud & initiale solummodo fuit. Adeo enim quod
 diximus sensu manifesta sunt. ut quicumque vident decorem do-
 mus domini exteriorum apud nos ipsum mirabiliter admirantur.
 & corde confiteantur cultum istum non esse inuentum hu-
 mani artificij. sed diuine reuelationis & celeste super ni magistri
 documentum. Cultum autem istum exponere per singula: &
 decorem istum interpretari de clamatore: & popularis est exor-
 tationis: & preter propositum presentis negocij. & hic quidem
 finem facimus presentis tractatus. Si in aliquibus debitum pro-
 missionibus exolumus diuine gratie hoc tribuentes. in qui-
 buscumque autem minus fecimus nostris hoc defectibus impu-
 tantes. Et sic completus est tractatus quintus.

Liber Wilhelmi parisiensis de fide legibus ac fidei sacramentis
 tractans docensque qualiter ad bene religiose perfecteque viuen-
 dum continuis etiam semper agendum profectibus. Unde ad
 latissimamque potissime pars est glorie ac felicitatis eterne ple-
 nitudinem spretis ydolorum cultibus peruenit ubique deorum
 deus in syon videbitur feliciter consummat. **Pro cuius**
 termino sit laus & gloria christo in secula seculorum benedictio;

1. AMEN.